



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

15 Quas condiciones seruare debent ij, quibus committitur dispensationis
expeditio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

spensas abique causa concedere non potest, si ipse testetur causam adesse, credendum illi est, donec contrarium probetur: sic Crauer. consil. 135. num. 42. Et tractat. de antiquis. tempor. part. 1. num. 32. Menochius plures referens consil. 100. num. 29. Et 30. Malcard. consil. 1233. num. 109. Et seqq. rationem reddunt, quia dictum superioris dispensantis circa causam, facit gravem presumptionem eam adesse, pro qua standum est, donec manifestis rationibus elidatur: imò non contemnendis Doctoribus placet integre probare Principis asserionem, neque posse probationem in contrarium admitti, sic docuit Bald. in consil. 328. Quatuor si Rex col. penult. vers. porò in Principe, lib. 1. Et consil. 327. vers. utem omnes Reges. Socio. Senior consil. 4. col. 3. lib. 3. Et consil. 87. n. 18. Ial. consil. 2. 17. col. 8. lib. 2. Et consil. 236. col. 2. lib. 2. Alexand. consil. 203. num. 11. lib. 6. Et alij relati à Crauer. ibi tractat. de antiquis. tempor. Menochius n. 26. Et 27. Malcard. num. 108.

4 Quòd si Princeps dispensando in lege illa superioris non declaraverit, ex qua causa moveatur saltem in genere asserendo ex certa scientia, & sufficienti informatione causae moveri, probabilis est non esse credendum ex causa iusta factam esse dispensationem, ac proinde nec validam esse: tum quia frustra expostulata esset causa pro valore dispensationis, si quousque sic dispensatio, semper accessit causam sit praesumendam. tum quia debet Princeps significare non tementè, sed cordatè, & ex iuris ordine, scilicet ex cognitione causae praefuisse, cum autem id non significaverit, merito eius dispensatio repellitur. sic tenet Menochius de praesumpt. l. lib. 2. tota praesumpt. 20. Et consil. 100. numero 30. Et 31. Malcard. d. probat. quibuslibet. 133. num. 109. Navarr. lib. 3. consil. 11. de regularibus. consil. 56. Et commun. de spensis. super e. om. licet. 12. q. 2. §. 2. num. 7. Et 8. Sanchez lib. 8. disp. 17. n. 14. Et 16.

PUNCTUM XV.

Quas conditiones servare debeant hi, quibus committitur dispensationis expeditio.

Sicut alii, quibus non tam facultas dispensandi, quam dispensatio ipsa expeditio committitur. Videndum est, quae conditiones servare debeant tam dispensatione concessa pro foro externo, quam concessa pro foro conscientiae.

§. I.

Explicantur clausulae, quae communiter apponi solent in dispensatione pro foro conscientiae.

- 1 Explicatur prima clausula de qualitatibus in delegato requisitis esse, inquam, Magistrum in Theologia, vel Doctorem iuris canonici, & ab ordinario approbatum.
- 2 Sacerdotes Societatis Iesv habent hoc privilegium, quamvis non sint gradu Doctoris, vel Magistri insigniti.
- 3 Potest dispensandi relicto uno dispensante, alium adire in dispensationibus concessis pro foro interno, secus pro foro externo.
- 4 Primitus debet dispensans causam cognitionem, aliàs non est dispensatio: ut dicto tamen non iurato dispensandi creditur. Et explicantur reliqua alia conditiones.
- 5 An absolutio sacramentalis primitus debeat, Affirmat Basil. de Leon.
- 6 Probabilis est oppositum.
- 7 Qua ratione facienda est commutatio ipi pro opera.
- 8 An necessario littera dilananda sint.
- 9 Qua ratione impedimentum a dispensandum debeat esse occultum.
- 10 Neque ad contentiosum forum adductum.
- 11 Quid si adductum fuit, & non fuit probatum integre, sed semiplene.
- 12 Quid si plene probatum, & punium.
- 13 Qua ratione contra impedimenti signatus conscius debet fieri nullitatis prioris matrimonij.
- 14 Quid de potestate legitimandi prolem in his dispensationibus concessis.

1 Hanc dispensationis formam tam pro voto castitatis, quam pro quolibet alio impedimento ad matrimonium coherendum refert Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 34. à n. 1. ubi videtur potest.

Prima ergo clausula continet qualitatem personae, cui committitur dispensatio. Requiritur enim, ut talis delegatus insignitus sit gradu Doctoratus canonici iuris, in aliqua Academia, vel Magistri in Theologia: neque sufficit esse Licentiatum in decretis, aut Theologia, aut Doctorem iuris Caesarei. Neque item harum facultatum professorem in Academia ap-

probata, quantumvis idoneum. Item nec sufficit esse Magistrum in Theologia ex instituto aliquarum religionum, sed necessario requiritur, ut gradu Doctoris, & Magistri insignitus sit in aliqua universitate approbata, iuxta textum in cap. statutum, de re script. in 6. Item neque sufficit si communi errore quis existimetur magistrum gradum habere: quia communis error non dat qualitatem sed iurisdictionem: cum autem in praesenti qualitas in persona electa requiratur, & haec deficiat, deficit conditio, ut valide eligi possit. sic Basilus libro 8. cap. 21. §. 1. num. 13. Insuper requiritur esse ab ordinario approbatum ad confessiones excipiendas; constat ex tenore litterarum, quae communiter expeditur, quaeque refert Sanchez lib. 8. disp. 34. n. 1. 2. Et 3. Salas disp. 20. de legib. sect. 10. n. 96.

Quae autem approbatio requiratur? Thomas Sanchez disp. 34. num. 16. sufficere placet, etiam si pro singularibus personis data sit verbi gratia, pro viris, non pro feminis, pro personis huius oppidis, quia ille est approbatus: neque approbatio restringenda est ad approbationem absolutam. At probabilis credo non sufficere, si respectu lateris approbatus non sit. Tum quia est satis probabile non posse has litteras expediti, nisi praesentata sacramentali confessione. Ergo qui illam efficere non est capax, non erit capax huius delegationis. Adde approbationem debere esse comparationem alicuius; ergo comparatione illius, qui illum ad dispensandum egerit, sic docet Basilus lib. 8. cap. 1. §. 1. num. 13. Si autem ex communi errore aliquis existimetur parochus, vel approbatus ab ordinario, is valide expedit has litteras; quia is, qui ex communi errore approbatus existimatur, ab ordinario approbatur, & iurisdictioni ei conceditur; secus vero est in qualitate Magistri, ut diximus; magistrum non est qualitas concedens iurisdictionem, secus approbatio.

2 Sacerdotes tamen Societatis Iesv, quibus Generales, aut alij superiores permittunt, privilegium habent ad expeditendas has litteras, ex privilegio Gregor. XIII. concessio 3. Aprilis anno 1582. constatque ex compendio privilegiorum, verbo Confessarius, n. 3. licet nullo gradu Doctoratus, aut Magistri sine insigniti. tradit Sanchez supra n. 21. Basil. c. 21. num. 13. Salas disp. 20. de legib. sect. 10. n. 97. Rodriq. tom. 1. qq. regul. 2. 63. art. 8.

3 Quòd si hic Doctor, vel Magister iudicet esse subrepticam, aut invalidam dispensationem, potest mutare postea sententiam, vel impetrans dispensationem potest alium adire, qui sibi videatur dispensationem validam esse iudicaturus. Ratio est, quia haec dispensationes, cum committantur Confessario in foro conscientiae tantum, sequuntur naturam illius fori, in quo potest iudex sententiam datam reuocare, vel poenitens aliud denuò adire, ut patet in eo, qui ex privilegio ad absolutionem censurae, aut peccati, aut ad voti commutationem elegit confessorem, potest alium & alium adire, quando primi electi sententia ei non placuerit, sic Sanchez disp. 27. n. 40. Basil. n. 14. Secus vero est in dispensationibus, quae pro foro externo conceduntur; ibi enim si iudex delegatus declaret esse subrepticam, aut validam, cum fuerit officio suo, ad quod fuit delegatus, non habet amplius quid faciat, neque alius adiri potest, ut communiter tradunt Doctores in l. iudex postquam, ff. de re iudicata, & docet Sanchez disp. 27. numero 39. Basil. num. 14.

4 Secunda clausula continet condiciones aliquas observandas ante dispensationis expeditioem. Debet enim Confessarius verificationem causarum, quae allegatae sunt ad dispensationem, indagare. Vnde si abique examine, cognitione & causarum dispensationem expedit, nulla erit dispensatio; quia Pontifex non vult prodesse dispensationem, nisi sub conditione, & forma huius examinis, ut constat ex verbis in litteris dispensationis appositis, ubi, si ita esse per diligentem lateris examinationem, ut post monita, & consilia opportuna illi praesita, invenitur. Quod adeo verum est, ut etiam causa subfisteret, nulla esset dispensatio omisso hoc examine, quia omittitur forma, & conditio requisita: sic cum Gutier. docet Sanchez disp. 34. num. 26. Salas disp. 20. sect. 10. n. 97. Basil. num. 16. Examen hoc non debet fieri recipiendo testes, sed solum interrogando ipsum latorem, cui in hac parte fides est omnino adhibenda. An autem requiratur iuramentum à latore expostulari? Dicendum, inquam est, necessarium non esse, quia diligenter examinari potest lator, abique eo, quòd iuramento gravetur, sicuti examinatur in foro poenitentiae: cui foro haec expeditio maxime est conformis. Sanchez disp. 34. n. 21. Salas sect. 10. n. 97. Non tamen condemnandam eum, qui ut plenius sibi satisficeret, hoc iuramentum à partibus expostularet, sic Basil. num. 16. quia haec expeditio non plene imitatur sacramentale forum. Si tamen constat causam esse notoriam, & manifestam, vel ipsi confessario satis cognitam, nullum erit examen necessarium praemittendum, quia cessat causa, ob quam mandatur, scilicet cognitio veritatis. Thomas Sanchez Salas, Basil. supra. Quòd si Confessarius aliunde cognoscit causam esse fallam, non debet credere lateri, nec potest ex qui dispensationem; quia hoc examen ad veritatem indagandam assumitur, quae cum iam indagata sit, impertinens est lateri in contrarium testificatio. sic Sanchez, Salas, Basil. supra. Consilia

DE
ASTRO
PALAC
TOM
II

Confessio autem, & monita, quæ Confessarius adhibere debet ad veritatis cognitionem ordinantur: probabile autem est hæc non necessariò requiriti, sed ex æquitate, & conuenientia; sufficienter enim veritas indagatur interrogacione confessoris, & responsione oratoris, sic Sanchez *num. 17*, Salas *num. 97*, Basili *num. 16*. Additur insuper in rescripto, vt eundem à matatione propostii absolutus hac vice, in forma Ecclesie consueta, iuncta penitentia salutari. A matatione, inquam, propostii, si forte culpabilis fuit, debet dari absolutio; vt si habens votum castitatis, illud fuerit transgressus: tunc enim debet absolui ab illa transgressione, per illam enim mutauit propostium antè votum conceptum.

5 An autem hæc absolutio præmittenda necessariò sit dispensationi, vel dispensatio concedi debeat audita peccatorum confessione? Basili de Leon *lib. 8. cap. 21. §. 1. numero 17*, affirmat, Mouetur, quia Penitentiaris vtitur in his dispensationibus ea voce in foro penitentia, quæ non potest extra sacramentum aptari. Deinde quia omnia, quæ in his literis continentur, indicant sacramentalem confessionem. Primò, quia vtitur verbo absoluedi, & in forma Ecclesie consueta. Secundo & præcipue, quia requirit qualitatem approbationis, quæ superuacanea videtur; posita qualitate magisterij, si confessio non requiritur.

6 Nihilominus probabilis est hæc dispensationem expediti posse, quin confessio sacramentalis præmittatur, sic Sanchez *disput. 34. numero 29*, Gallego de cognat. spirit. *cap. 23. num. 2*, Salas *disp. 20. de legibus. §. 10. num. 98*. Ratio præcipua est, quia ibi Pontifex non dicit dispensationem expeditendam esse: pro foro penitentia, sed pro foro conscientia, forum autem conscientia non est forum sacramentale, sed secretum, & extrajudiciale, vt optimè tradit ex Præpositi. *præerea. et. n. 5. de sponsalib.* Sanchez *supra* & docuit Nauarrus *sum. cap. 27. n. 41. et lib. 5. consil. tit. de pr. uil. consil. 1. n. 2. in 2. edit. Saa verbo excommunicatio. num. 1*. Eman. Rodriguez *tom. 2. reg. 99. quest. 61. art. 10*. Item absolutio danda ei, qui mutauit propostium votum transgrediens, non expostulatur à Pontifice, vt conditio. & forma ad dispensationem concedendam: tum, quia non semper hæc absolutio necessaria est, quia non semper quis voti fuit transgressor: tum quia quando est necessaria absolutio, non videtur esse ad dispensationem sicut enim res omnino diuersæ, neque in rescripto est aliquid verbum, ex quo colligi possit hæc absolutioem prius, & necessariò dandam esse, & aliter factam dispensationem esse nullam. Nam quod Penitentiaris vtitur verbo absoluedi in forma Ecclesie consueta, non arguit hæc absolutioem præmittendam esse dispensationi necessariò, poterit enim subscqui, vel omitti, quin dispensatio annulletur. Duplex enim potestas in his literis confessori committitur, altera absoluedi, si forte latoz transgressor fuerit sui propostii; altera dispensandi in propostio, seu voto, vel impedimento, quæ vna ab alia non pendet in exercitio. Quod si inter facultatem istam absoluedi non videri necessariam, cum ipse approbatus ab ordinario illam habeat? Respondet optimè Sanchez illam sæpe non habere; quia sæpe transgressio voti est referuata in dicesse. Neque etiam arguit qualitas approbationis debere præmitti qualitas approbationis requisita in dispensante; quia hæc qualitas requiritur, tum vt possit absolutio concedi, quando de facto necessaria est: tum vt Pontifici omnimodo constet de scientia illius, cui committitur dispensatio. Et per hæc fit satis rationibus Basili.

7 Tertia clausula continet commutationem in pia opera, quam debet Confessarius virtute huius privilegij, & delegationis facere. Circa quam conditionem obseruandum est non esse in potestate dispensatoris hæc opera omittere; quia opponitur pro forma; poterit tamen ea moderari, prout sibi visum fuerit, dummodo aliqua singulis diebus facienda exprimat. Sanchez *disp. 34. à n. 33*, Basili *n. 18*, Salas *num. 98*. dicitur enim in rescripto: Commutes (scilicet votum) in frequentiam sacramentalis confessionis, singulis scilicet mensibus semel, vel quoties tibi videbitur, & in alia penitentia opera iniungenda, inter quæ sint aliqua pietatis opera, quæ quotidie facere tenentur. Quapropter licet tibi imponere dispensando non singulis mensibus, sed tertio quoque mense confessionem, & opera religionis, vel pietatis quotidiana, quæ tibi visa fuerint saluti dispensandi vtiliora: hic enim finis attendendus necessariò est, sic Sanchez *disp. 34. à n. 33*, Basili *lib. 8. c. 21. n. 18*, Salas *disp. 20. de legibus. §. 10. num. 98*. An autem iniungi possint opera, vel confessiones, aliàs ex voto, vel penitentia debita? Salas *num. 98*, affirmat. Et probari potest: quia esse illa opera debita vno titulo, non obstat, quominus alio debeantur. Item cum tibi imponitur singulis mensibus confessio, non intendit Confessarius mense, quo præcepto Ecclesie satisfaciatis, duplicare confessionem, vt Sanchez docet *n. 37*. Ergo iam confessio debita ex præcepto iniungi potest. At credo commutationem necessariò esse faciendam in opera supererogationis, quia ea videtur esse mens Pontificis, obligare, inquam, dispensandum, aliàs non obligatum; cum enim gratis tollat impedimentum, vult loco illius, vt aliquid Deo gratiosum subrogetur. Et confirmari potest ex præsentia in sacramento iniuncta, quæ absolute prolata de

opetibus aliàs indebitis intelligitur, sic Sanchez *num. 37*, Basili *num. 8*. Neque obstant rationes contrariae. Concedo posse opera multiplici titulo deberi, atque ad eò posse Pontificem in opera aliàs debita admittere commutationem: at dum non exprimit, non est ita censendum. Quando autem singulis mensibus imponitur confessio ex benignitate Pontificis, subintelligitur mensis exceptus, in quo præcepto Ecclesie vis facere satis.

8 Quarta clausula est; vt hæc literæ dilanientur à Confessario, nec citantur oratori, & si citari fuerint, nihil ei suffragentur. Circa quam conditionem aduerto non esse de substantia dispensationis cum eam dispensatio præcedat; mens enim Pontificis solum videtur esse, ne illæ literæ in foro externo suffragentur imperantibus, non tamen infirmare in foro conscientia dispensationem factam, sic Sanchez *num. 41*, Basili *num. 19*, Salas *n. 98*, circa finem.

9 Quinta clausula est, vt impedimentum in ratione impedimenti occultum sit, hoc est, non publicum, & notorium tale delictum adesse, sicut dicitur in Trident. *sess. 24. cap. 6. de reformat. dicitur occultum, non quod non potest probari, vt tenet Grassus tom. 2. consil. sub tit. de homicid. consil. 2. num. 20*, Nicol. Garcia de benefice. 7. part. cap. 1. num. 46. sed quod non est publicum, hoc est, quod non est cognitum à maiori parte viciniæ, in qua sint ad minus decem persone, sic Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 37. num. 11*, & *lib. 8. disp. 34. num. 15*, & in Decal. *lib. 2. c. 11. num. 19*, Barbosa *2. p. de potest. Episcop. alleg. 39. num. 24*, & 25, vbi innumerò refert.

10 Deductum ad forum contentiosum non dicitur, ex eo quod iudici delictum denuntiatur sit, sed ex eo, quod pars sit à iudice citata, quia à citatione incipit iudicium, 5. *fin. in sit. de pæna reme. l. v. in quædam. glossa in rubr. C. de in ius vocand. Riccius in praxi fore Ecclesiasticæ. resol. 449. in 2. edit. et in 1. 522. Sanchez locis alleg. Imò non paucis, neque conuenientibus Doctoribus placet, non dici deductum ad forum contentiosum, quousque lis contestata sit, sic docet Barbosa *2. p. de potest. Episcop. alleg. 39. n. 29. et §. 7*. Mouetur primò, quia vique tunc non verè datur inter partes contentio, negando, vel consentiendo: per confessionem enim, vel negotiationem actus lis contestatur; vt aliis relatis docet Fatnac. *tom. 1. prax. crimin. quest. 10. sub. n. 35. ad finem*. Secundo, quia forum contentiosum est idem ac iudicium, sed iudicium propriè non est, neque ad litem contentationem, ex allegatis per Lancelot. de attentat. in presat. numero 7. Perregin. *variar. lib. 2. sub rubr. de iudic. num. 54*. Tertio, quia forum contentiosum dicitur ex eo, quod in foro, leu iudicio concedatur, sed contendere in iudicio, est idem ac mouere litem in iudicio: at in iudicio non contentus sit mora, quousque fuerit contestata, ex text. in cap. ex parte, 30. de verb. sign. & tradit Maranta de ordin. *ind. p. 5. tit. et omnia fiunt durante instantia. n. 64*. Surtus de alim. *tit. 5. §. 8. n. 4*.*

11 Quod si postquam deductum est ad forum contentiosum in illo foro fuerit absolutus, iam tunc occultum delictum est, & poterit dispensari, quia non potest dici esse effectum deductum, & quia per absolutioem manet magis occultum, quam si nunquam ad iudicium deductum fuisset, sic Sanchez & Barbosa locis supra allegatis. Quod habet verum, etiam si mediis deprauatis obtruncetur absolutioem, sic Suarez de censur. *disp. 41. §. 2. à n. 6*, Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 37. n. 12*, & *lib. 8. disp. 34. num. 57*, Barbosa *num. 13*. Limitat autem Suarez hæc sententiam, vt intelligatur, quando absolutio data est de delicto, eo quod non fuerit probatum; secus verò si semel probatum fuit. At merito à Sanchez libro 8. *disp. 34. num. 57*, reicitur, quia tunc absoluitur ab instantia iudicij, neque potest iam illud delictum in iudicium deduci, nisi ex nouis circumstantiis superuenientibus, quare dum illæ non succedunt, iam manet illud delictum occultum, siquidem per illam sententiam interlocutoriã purgata fuit informatio certa ex illa scripta plena probatione; & facit id, quod docet Barbosa *num. 34*, cum Sayro, Mayol, & aliis. Quod si iudicium non fuerit sententia finitum, eo quod actor per annum tacuit, manere occultum, ita vt possit dispensari.

12 Sed quid si deductum sit, & probatum, & punitum, erit ne tunc dispensabile? Affirmat Henriquez *lib. 14. cap. 9. numero 5*, Auila de censur. *part. 2. disp. 2. dub. 7. et p. 7. disp. 10. dub. 7*, Sanchez in Decal. *lib. 2. cap. 11. n. 21*, ver. sed quod, Reginald. *lib. 30. praxi. ar. 2. num. 29*. Mouetur quia cessat ratio, quare delicta publica, & deducta ad forum contentiosum prohibentur dispensari, quæ est ne impediatur eorum iudicialis punitio. Ceterum est in dispensatione irregularitatis, inhabilitatis, excommunicationis, & aliorum impedimentorum commissa Episcopis in Trid. id censam vt probata sustineri possit. At in his dispensationibus, quæ à licita Penitentia pro delictis, & impedimentis occultis conceduntur, nequaquam assentior, quia ibi peritur, vt delictum sit occultum. Quid ergo magis publicum, quam quod nulla tergiversatione clari potest, & super quo in iudicio est lata sententia? Et ita de omnibus generaliter negat dispensari, vel absolui posse, Barbosa *lib. 2. alleg. 39. num. 35*, cum Gutier. *lib. 1. canon. 99. cap. 3. ad fin.* Eman. in *sum. 1. part. c. 68. in fin.* Suarez *disp. 41. de censur. sect. 2. n. 5. ad fin.* Bonacina

de consensu, disput. 1. quæst. 3. punct. 2. n. 2. Et disput. 7. quæst. 5. p. 1. num. 5.

13. Sexta clausula est, vt coniux impedimenti ignarus certior sit factus de nullitate prioris matrimonij: & ponitur hæc notitia sub ablatiso absoluto, quod videtur conditionem necessariam importare, ex l. à restatore, ff. de condit. Et demost. Ceterum mihi placet sententia Sanchez illa disp. 34. n. 61. illam notitiam non apponi pro conditione ad dispensationem, sed in instructionem Confessarij, qui cum viderit id fieri, posse, quin iudicis delictam detegatur etiam sub graui suspitione, id factum? secus verò si abique graui suspitione delicti, certiorari non potest coniux de nullitate prioris consensus. Item sæpe hæc notitia fieri non potest, quin graues inimicitie inter coniuges oriantur, maxime si impedimentum fuit ex parte scemina. Ergo in illo casu non est credendum velle Pontificem certiorari facere coniugem de nullitate prioris matrimonij, quia esset certiorari vitium delicti scemina. Adde illam clausulam non tam expostulati à Pontifice pro valore dispensationis, quam pro matrimonij restituitione, quia, existimauit iudicari non posse matrimonium, nisi certiorato coniuge de nullitate prioris consensus: at vigenat causa est probabile satis iudicari posse, quin habeatur talis notitia. Ergo ad summum intelligitur esse tacendum, quando pro restituitione matrimonij expostulatur.

14. Potestas legitimandi prolem concessa in his dispensationibus solum etiam prodest pro foro conscientie, vnde pro foro ipso foro potest, & vtique parenti succedere, & ad ordines accedere, non tamen in foro externo. Quare si beneficium ei collatum sit, & impedimentum manifestatur, impetrari ei potest vt omnino vacans, & collatum illegitimo, quia solum pro foro interno profuit dispensatio. Quando verò ex parte vnus est bona fides, proles in vtroque foro legitima est: neque tunc opponitur clausula decernens legitimam esse prolem, nisi vt scrupuli tollantur. Vltimo aduertet hæc dispensationes gratis semper exhiberi, neque per modum recompensationis aliquid expostulari, vt constat ex verbis illic appositis, & ex communi stylo.

§. II.

Explicuntur clausulæ apponi solitæ in dispensationibus pro foro externo.

- 1 De qualitate delegati.
- 2 Quæ causa, & quibus modis dispensatio concedenda sit.
- 3 Possitne delegari hæc dispensationes? Proponitur dubitandi ratio.
- 4 Reversatur examinationem testium, veritatis indagacionem delegari posse, nec absolutioem, neque dispensationem, neque proli legitimationem.

Hæc clausulæ opponantur à Sanchez lib. 8. disp. 35. à n. 1. 2. & 3.

Prima continet personam cui dispensationes committuntur expedienda, qui est officialis, diocæsanus. Nominè officialis qui veniat intelligendus, late dixi in tract. de privileg. ibi enim probauit debere esse vicarium Episcopi, vel illum, qui iurisdictionem quasi Episcopalem habet quales sunt aliqui Abbates, vel priores, sic Basil. lib. 8. cap. 2. n. 1. Riccius in praxi de dispens. vbi restatur sic declarasse summum Pontificem: si autem contrahentes diuersæ sint diocæsis, sufficit, si ordinario vnus literæ presententur. Basil. supra Sanchez disp. 35. n. 5. quæ absolutè est illorum ordinarius vnus directè, & alterius indirectè.

2 Secunda continet causas, ob quas expedienda est dispensatio quando ex causa conceditur, quæ causas explicamus, cum specialiter de dispensationibus concessis pro matrimonio contrahendo differimus.

Tertia continet modum, quo hæc causæ debent verificari. Non enim est necessarium officiali cui talis expeditio conceditur, Notario, & testibus iuratis veritatem inuestigare, sed quomodocumque de veritate egularum, quæ ad dispensationem concedendam sunt allegatæ, certus fiat sufficiens est ita. Paul. volum. 4. consil. 75. num. 5. Basil. lib. 8. cap. fin. n. 25. Et lib. 5. cap. 3. n. 3. vbi quando aliquid relinquatur iudicio alicuius, idem est ac relinqui conscientie, nec iudicalem indagacionem requirit vt constat ex multis iuribus, quæ colligit glossa in cap. fin. de veto. Et cap. nisi cum pridem de renunciat. ad finem ibi. ubi rediimus relinquendum & præcipue cap. statuum, de rescriptis in 6. §. assessor. ibi. quod conscientia relinquatur eiusdem vbi glossa, cum enim hoc conscientie relinquatur ipsius. Ergo solus Deus, hic, & nullus alius est iudex, vel cognitor, quam glossam pluribus exornat Philippus Francus lib. num. 6. Quod si in dispensatione affirmet Pontifex dispensare ob aliquas causas, quæ contrahentium animum mouent, vt cupent se inuicem copulari, cum tunc nullus causæ in particulari mentio fiat, tenetur pontifex gratis dispensare, pecunia à

contrahentibus in subsidium data. Neque tunc tenetur commissarius, cui expeditio dispensationis delegatur inuestigare causam aliquam, vt rectè docet Sanchez disput. 35. num. 24. Neque obicit mandari officiali in his dispensationibus, vt inuestiget, an preces veritatis nitantur: id enim solum ad impedimentum refertur, hoc est inuestiget, an verè sint impedimenta, vt possit dispensare, vel solum ex communi stylo curiæ opponitur.

Quarta clausula est quæ etiam habetur in dispensationibus pro foro conscientie, vt fiat gratis, nec aliquid etiam sponte oblatum accipiatur, quod quæ ratione vetum sit late dicemus de simonia.

3 Sed inquires, an hi, quibus hæc dispensationes committuntur, possint eas subdelegare, vel saltem informationem causæ, aut aliquid simile.

Ratio difficultatis est, quia videtur in his dispensationibus electa industria personæ. Dicitur enim, discretioni tuæ, de qua in his speciale in Domino fiduciam obtinemus. Item conscientia oneratur dispensantis, tam in examinatione veritatis, quam in dispensatione faciendâ: at quoties conscientia alicuius grauat, videtur subdelegatio prohibita, & personæ industria specialiter electa, vt tenet Lafon. in l. à iudice, cap. de iudic. num. 11. limitat. 5. Bald. in cap. si pro debilitate, de officio deleg. num. 6. Imola in cap. fin. §. eodem tit. Leo in thesauro fori Ecclesiæ, cap. 15. num. 49. Et casu quo nominata personæ dispensatio expedienda committeretur, affirmat Grassis decis. 9. casuum conscient. lib. 1. cap. 13. num. 19. Sanchez lib. 8. disp. 27. sine num. 43.

4 Nihilominus dicendum est, etiam si personæ nominatæ committio fiat posse veritatis indagacionem, examinationemque testium delegari; non tamen dispensationem, neque legitimationem proli, neque absolutioem, impositionemque penitentis seu commutationem in pia opera. Priorem partem, scilicet examinationem testium, indagacionemque veritatis delegari posse, tenet Abbas in cap. vlt. §. 1. de officio delegati, nu. 7. Et in cap. cum in veteri, in princ. de electione. Nauarr. consil. 6. de officio deleg. num. vnico in 2. edit. Marc. Anton. Genuesi, cap. 83. num. 5. Nicolaus Garcia plures alios referens 6. p. de benefico. cap. 1. à num. 100. Thom. Sanchez lib. 8. de dispensat. disput. 27. num. 43. Menoch. tom. 1. consil. 17. num. 12. Ratio est, quia examen testium, indagatioque veritatis actus est iurisdictionis, ac proinde delegari potest. Secundam autem partem, scilicet dispensationem, legitimationem proli impositionemque penitentis delegari non posse, tenent ferè omnes doctores supra relati, præcipue Thom. Sanchez, & Menoch. quia est nudum ministerium, quod subdelegari non potest, ex doctrina recepta, in cap. fin. de officio delegati, quam pluribus exornat Felin. ibi. §. vlt. ad fin. vers. 4. Grassis decis. 157. in addition. ad eam, num. 6. Et 7. Genuesi cap. 83. num. 6. Et de legitimatione proli est alia specialis ratio, quare subdelegari non possit, quia est ex Principi referuatis in signum suæ supremæ iurisdictionis. §. si verò is qui solimodo in auct. quibus modis natus, esse. sui. Bald. in l. 1. col. 1. C. de iure auroorum annul. Felin. in cap. vltim. n. 4. vers. fallit. in referuatis, de officio delegati, & Purpurat. in l. v. num. 373. Et 374. de officio eius. Menoch. dicto consil. 17. num. 9. at vbi referuata Principi delegantur, subdelegari non possunt. vt tradit ibi Menoch. cum Baldo in rubr. de officio deleg. & cap. vlt. eodem titul. & ibi Felin. n. 4. lat. in l. à iudice, column. vltim. vers. 13. limitat. Cod. de iudic. Decio, Alexand. Pupurato. & aliis. Ergo.

PUNCTVM XVI.

De causis ex quibus dispensationis rescriptum reddatur nullum

TRIPliciter dispensationis rescriptum reddi potest nullum. Primò, si deficiat causa requisita ad dispensationem. Secundo, si deficiat potestas in dispensante. Tertiò, si deficiat consensus. De primis duobus modis satis superque in hac disputatione dictum est. De tertio restat nunc dicendum. Consensus namque deficere potest, Primò, si dispensans cogatur per metum cadentem in virum constantem concedere dispensationem, Secundo, si per ignorantiam, vel errorem inducatur ad illam concedendam.

§. I.

Quid de consensu per metum.

- 1 Probabiliter censo si causa legitima intercedit non esse irritam dispensationem.
- 2 Secus si adeat causa, nisi in propria lege, dispensatio concedatur.
- 3 Debet tamen dispensans absolutam voluntatem habere dispensandi.

x Es

DE
ASTRO
CALAC
TONI
FIVE